Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ticis seu apostolicis regulis obuiatur agere.
Iniustum enim iudicium uel diffinicio iniusta
regio metu uel iussu pacta. non ualeat. nec
quicquam quod contra auctoritatem diui
nam & scōr patrum canones fuerit. stabit.
& quod ab hereticis actum fuerit omnino
cassabitur. uelle.

De inuestitura. qd significet. qq. gue sit. elr sciarū inuestire

Inuestigandum quid inuestitura significet.
& quare dicatur. Inuestitura ideo dicitur.
quia per hoc signū quod nri iuris est. alicui
nos dedisse monstramus. Quod enim nrm
est cum alicui ex nra parte ad possidendum
concedere uolumus. eum exinde inuestire
curamus. significantes uidelicet & hoc signo
illud quod damus nobis iure competere.
& illum qui accipit. quod nostrum est per
nos possidere. Ipso itaq; nomine quantę im
pietatis sit sanctuarium dei inuestire. desi
derare aptissime comprobatur. Alicui enim
homini sanctuarium dei possidere uelle.
magni sacrilegii esse propheta cum graui
interminatione denunciat dicens. Pone
principes sicut oreb. Zeb. Zebee. & salmana.
omnes principes eorr qui dixerunt hereditate
possideamus sanctuarium dei. Vbi in
sup adiungit quod eis p hac iniquitate iusti
te contingere debeat inquiens. Deus meus